Πῶς circunflexum, habet vim interrogandi: sed encliticum, indefinitè accipitur, túncq; aliquādo emphasim quādā significat: vt quod Plato de Hesiodo addit, λέγων πλέον εἶναί πως ἢ μισυ παντός.

Sed πῶς οὔ; & πῶς γὰρ οὔ; responsum volunt aiens, pro quidni? πῶς οὐκ αἰσχρόν; nónne turpe est?

Frequentissimè occurrit δήποτε adiūctum infinitis dictionibus: vt, ὁπόσος δήποτε

ποτε, quantuſcunque: ὁποσοσδήποτε, quotuſlibet: ὁποτερουσδήποτε, vterlibet: ὁπουδήποτε, vbicunque: ὁπωσδήποτε, ὁπωσδήποτ' οὖν, ὁπηδήποτε, quomodocũque, vtcunque: ποῖος δήποτε; qui tandem & qualis?

Aduerbia optandi εἴθε & ἄϊθε ſignificationem ſuam retinent, ſiue optatiuo præponãtur, ſiue indicatiuo: vt, εἴθε γράψειε, vtinam ſcriberet: apud Platonem. Et apud Lucia. καὶ εἴθε γε καὶν ἐκείνου εἰς κόρον ἐμὲ πιεῖν οἴνου, vtinã licuiſſet illo ſuauiſſimo vino me replere. εἰθ' ὄφελες, pro Vtinam etiam, ſed ſecundæ ſemper perſonæ ſignificationem habet: vt Iliad. α. Tethis ad Achillem filium,

Αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυος καὶ ἀπήμων

Haſ. Vtinam ſedeas, &c. Sed ὄφελον nec perſonarum nec numerorum diſtinctionẽ ſignificat: ſed ὡς ὤφελον primæ eſt perſonæ, & ὡς ὤφελες ſecundæ, atque ὡς ὤφελε tertiæ.

DE PRAEPOSITIONE.

Ex octodecim Præpoſitionibus,

Quatuor soli genitiuo seruiunt, ἀπό, ἀπὸ, πρό, & ἐκ, vel ἐξ sequente vocali.

Duæ datiuo soli, ἐν & σύν, vel ξύν Attice.

Tres soli accusatiuo, ἀμφὶ, ἀνὰ, & εἰς, vel ἐς Attice. frequentissime

Sex aliquando genitiuo, aliquãdo accusatiuo, διά, κατά, μετά, περὶ, πρός, & ὑπέρ.

Tres partim genitiuo, partim datiuo, partim accusatiuo, ἐπὶ, παρά, & ὑπό.

Ἀντὶ significat Pro: vt Demosth. δεῖ δὲ βέλτιστα αὐτὴ τῶν ἡδέων λαμβάνειν, optima quæque pro iucũdis sunt amplectenda.

Ἀπὸ idem valet cum Ab: vt in paræmia, ἀπὸ κώπης ἐς βῆμα, à remo ad tribunal. In eos qui ex obscuro loco repẽte ad amplissimos honores emergunt. ἀπὸ γενεᾶς, à prima ætate.

Πρὸ significat Ante, modóque ad tẽpus refertur: vt, πρὸ τῶν τρωϊκῶν, ante bellum Troianũ: modò ad locum: vt, πρὸ τῶν θυρῶν, pro foribus. Et exuperantiam: vt apud Aristot. lib. 1. de Rep. Senarius Ille prouerbialis

Δοῦλος πρὸς δούλου, δεσπότης πρὸς δεσπότου, Seruus ſeruo præſtat, & dominus domino.

Ἐκ & ἐξ ſignificant E & ex: vt, ἐκ ῥᾳθυμίας ἡ πενία, ex otio inopia oritur. ἐκ παίδου, à puero. ἐκ ξύλου ἐποίησε, è ligno fecit. Vtriuſque tã ἐκ quàm ἐξ exẽplum eſt in epiſtola Phalaridis ad Axiochum ὁ μὲν ἐκ φαύλων ἀγαθὸς, καὶ βασιλέων καὶ πολλῶν εὐτυχέστερος· ὁ δὲ ἐξ ἀγαθῶν φαῦλος, αὐτός τε αὑτῷ καὶ τοῖς πανταχοῦ τῶν δυστυχεστάτων.

Σὺν, Cum: vt, σὺν τοῖς θεοῖς, δώδεκα, id eſt vnà cum diis, duodecim. Sic luſit Stratonicus Cythariſta numerũ diſcipulorum quos duos tantùm habebat, augẽs ſimulacris nouẽ muſarum & vnius Apollinis domi conſecratis: alioqui σὺν θεῷ, & σὺν θεοῖς, græcis ſignificat Deo ad iuuante.

Principaliter ſign. CIRCA, nõ Citer.

Ἀμφὶ pro Circiter: ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, circiter quinque millia. Lucianus tamen etiam genitiuo (vt ſolẽt poetæ) iunxit: ἀμφί τε ἀστέρων ἡ γραφή, ſcrip

in Aſterologo.

Et apud Ariſtot. in Mechanic. Cap. 2. Ἀμφὶ γῆς

Ἀμφὶ cum Genit. DE vel περὶ. etc
Ἀμφὶ cum Dativo. DE vel περὶ. ſed cum Dativo ſignificatum proprium & Circa vel Circum, tanquam frequentiſſima & maximè vſitata ſignificatione. Ipſorum apud Veteres. Vide tẽ pag. 150. b. in ſeqũ. pagin.

tio est de syderibus.

pro ἐν σώματι ἔχειν, ingerit Erasmus.

Ἀνὰ significat In: vt, ἀνὰ σῶμα ἔχειν, in

οὐδ' ἔχοντες ὅ τι ἀνὰ χεῖρ' ὡς εἰσεροῶσιν.

ore habere. Et Per: vt, ἀνὰ μέσον στρατόν, per medium exercitum. ἀνὰ ὅλον χρόνον, per omne tempus.

Ἀνὰ apud Poëtas cum Dat. pro CVM. item SVPER.

Prou. εἰς ἀρχαίας Carnas. Ad Pristina præ. fixa.

Εἰς vel ἐς significat Ad: εἰς ἀγορήν, ad forũ: Et In cum motu: εἰς οὐρανὸν πτύειν, in cælum spuis. Eurip.

Τὰ δ' ἀργυρώματ' ὅστιν, ἢ τε πορφύρα,
Εἰς χὺς Τραγῳδοὺς ὕβρεται, οὐκ ἐς τὸν βίον.

Διὰ cũ genitiuo significat Per: vt, δι' ἡμέρας, per diem integrũ: δι' ἐνιαυτοῦ, per totum annũ. Demosth. ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἀφ' ὧν πρώτων ἄρξει τῆς τελευτῆς διεξῆλθον, sed à principio omnia ad finem vsque sum persequutus. Cum accusatiuo significat Propter, vel Ex: vt, αἱ πλεῖσται στάσεις ἀφ' ὧν φιλοτιμίαν ἐν ταῖς πόλεσι γίγνονται, seditiones plurimùm ex ambitione in ciuitatibus excitantur.

Nam in his exemplis sub. intelligendum est ἔλθον. aut ἰὸν

Significat et διὰ cum Genit. IN. ut apud Lucian. διὰ σώματος ἔχειν τὸν Ἀριστοτέλη. Sic διὰ μνήμης ἔχειν. Et διὰ τιμῆς ἔχειν.

Καθὰ cum genitiuo significat In, siue Contra: vt, ὁ κατ' Αἰσχίνου λόγος, Oratio in Aeschinem, vel habita, vel scripta. καθὰ

ADVERSVS.

Sigi tamen & alia.

χάρης παίειν, pugnum in genam impīgere. Cū accusatiuo, Ex, Iuxta: vt Aristot. τὸν παῖδα δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν, puero ad præceptoris sui præscriptū vita est componenda. Et sub: vt Plutarc. τοῦτο γὰρ ἔφασαν δύεται καθ' ἡμῶν, ὡς φησι Σιμωνίδης, τὴν καλὴν ζῆλος.

Μετὰ cum genitiuo significat Cum: vt, πολισμὸς μέγας ἐστὶν εὐσέβεια μετ' αὐταρκείας, magnus est prouentus pietas suis cōtenta, vel cum frugalitate cōiuncta. Sed cum accusatiuo μετὰ significat Post: vt, Κλέων Προμηθεὺς ἐστὶ μετὰ τὰ πρόσθεν, Post facta Cleon est Prometheus. In eos qui serò sapiunt.

Περὶ cum genitiuo pro De: vt, περὶ ὄνου σκιᾶς, de asini vmbra, sub. πόλεμος ἐστὶ, contentio est .i. de re nihili. Et loco Pro: vt apud Home. Ιλιάδ. ο. Hector ad Troianos,

-ἕνα οἰ ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης

Τεθνάμεν. Nulli non est honestū pro patria dimicando occumbere. Pro In: vt,

περὶ τὰ φοβερὰ ἡ ἀνδρεία in periculis cernitur fortitudo.

Πρὸς cum genitiuo accipitur pro Ad: vt, ὄνος πρὸς λύρας, asinus ad lyram. Cum accusatiuo pro In, vel Erga, vel Cõtra: vt Isocr. ἡδέως μοὶ ἔχε πρὸς ἅπαντας, omnibus gratus esto & iucundus. Terent. dixit, ἡδέως πρός σε ἔχειν, fuisse aduersũ te gratum.

Ὑπὲρ cum genitiuo significat Pro: vt, εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; Si Deus à nobis stat, quis contra nos insurget? Sed tam cum genitiuo, quàm cum accusatiuo significat Super vel Supra: vt, ὑπὲρ τῆς στέγης, supra tectum. Demosth. μανία ἐστὶ τὸ ὑπὲρ δύναμίν τι ποιεῖν, furor est, supra quàm præstare possis aliquid aggredi. Sic ὑπὲρ τὸ μέτρον, vltra modũ. Et apud Lucia. in Gallo, ὑπὲρ τὰ ἐσπαμμένα ἤδη πηδᾷ, insomnium, inquit, sua septa, transilit. quòd quum somnum egredi non debuerit, durat tamen in vigilante.

Ἐπὶ cum genitiuo significat In: vt, ἐπὶ τῆς γῆς, in terra: & cum datiuo: ἐπὶ τῇ γῇ. Et Corã: vt Lucia. de luctu, ταῦτα παραπαίων ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων, ad hunc modum delirans coram testibus tã multis. ἐπὶ Ραδαμάνθυος, coram Rhadamantho. Cum datiuo significat De vel causam: vt Xenoph. Τί γάρ σὺ, ἔφη, ὦ Χαρμίδη, ἐπὶ τίνι μέγα φρονεῖς; ἐγὼ αὖ, ἔφη, ἐπὶ πενίᾳ μέγα φρονῶ· νὴ Δί' ἔφη ὁ Σωκράτης, ἐπ' εὐχαρίστῳ γε τῷ πράγματι. tuverò Charmide, qua de re potissimum gloriaris? De inopia, inquit, valde mihi placeo. Næ tu, inquit Socrates, de re admodũ gratiosa super bis. Dicunt etiã Græci, ἐπὶ τοῦτοις, vt πρὸς τοῦτοις, pro Ad hæc. Sed ἐπὶ cum accusatiuo significat Ad, In, siue Contra: vt Plato epistola 7. de Dionysio loquens ἔπεμψεν ἐπ' ἐμὲ τριήρη, misit ad me triremem. Isocr. ἐπὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἀσκεῖν, ad uersus æmulos se exercere & cõparare.

Παρὰ significat A vel E: vt, βοηθειάμου παρὰ κυρίου, auxilium meum à Domi-

no depẽdet. πρὸ ἡδονῆς λύπη, è voluptate dolor naſcitur. Præ: vt, πρὸ πάντων τυγχάνει, præ ōnibus excellit. Obſerua πρὸ ſignificare etiam contrarium: vt, οὐδὲν πρὸ λόγου ποιεῖ σοφὸς, ſapiens nihil facit quod cum ratione pugnet. Cum datiuo πρὸ ſignificat Apud: vt, πρὸ σοι κατέλυον, apud te diuertebantur. Cum accuſatiuo ſumitur pro Ad: vt Plato de Rep. δεῦρο πρὸς ἡμᾶς φοίτα, ad nos ſæpius accede. Sub: vt, πρὸ τὸ δεῖπνον, ſub cœnam. A vel ex: vt πρὸ τοῦ εὖ ζῆν κλέος, ex recte viuendo gloria naſcitur. ὑποκριτὴς λέγεται πρὸ τοῦ ὑποκρίνεσθαι, id eſt, ſimulator à ſimulãdo deriuatur. Ob: παρὰ τὸ ἀδικεῖν ἡ τιμωρία, ob ſcelera ſupplicium. Et In: πρὸ τοῦ βίου, πρὸ τοῦ χρόνου, in vita, per omne tempus. πρὸ τοῦ καιροῦ, in ipſa occaſione. Et πρὸ τὰ μαθήματα ἀσχολεῖσθαι, in ſtudiis mathematicis verſari. Aliquãdo πρὸ ſignificat inter miſſionem: vt, πρὸ μῆνα τρίτον, tertio quoque menſe. Et Contra: vt, πρὸ νό-

μους ἐκτὸς, contra leges latas. παρὰ γνώμην, contra sententiam. Et comparationem: vt, οὐδὲν παρὰ ταύτην ἡμετέραν φαίνεται, Nihil ad nostram hanc.

Ὑπὸ cum genitiuo significat Sub: vt, ὑπὸ χιτῶνος ἔχει, gerit sub tunica. Et E vel Ex, siue causã: vt, νοσεῖν ὑπὸ πόνου, ægrotare è labore: ἀδυνατεῖ ὑπὸ πενίας, præ inopia nihil potest. Et plato in Theæteto, ἡ τῶν σωμάτων ἕξις ὑπὸ ἡσυχίας μὲν καὶ ἀργίας διόλλυται· ὑπὸ γυμνασίων δὲ καὶ κινήσεων ὡς ἐπιτοπολὺ σώζεται. ἡ δ' ἐν τῇ ψυχῇ, ὑπὸ μαθήσεως μὲν καὶ μελέτης κτᾶταί τε μαθήματα, καὶ σώζεται καὶ γίνεται βελτίων· ὑπὸ δὲ ἡσυχίας οὔτε τι μανθάνει, ἅτε οὐ μεμνημένη ἐπιλανθάνεται. Cum datiuo etiam Sub, vel Ad: vt ὑπὸ γῇ, quæ sub terra sunt: ὑπὸ τῷ τείχει, ad imum murũ. Sic, ἐποίησεν ἐφ' ἑαυτῷ καὶ κατὰ τὴν Φωκίδα, vniuersam Phocidem in suam potestatem redegit. Cum accusatiuo accipitur pro Subter, vel Sub: vt, καὶ ὑπὸ σελήνην πᾶσα ὑμεναίβλητα, quæ sub luna

sũt, ōnia sũt mutationi valde obnoxia.

Poetæ iungunt etiam datiuo, ἀμφὶ, ἀνὰ, & περὶ: vt Homerus,

Αλλά μοι ἀμφ' Οδυσῆι δαΐφρονι δαίε' ἤλορ.

Idem, χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Idem,

-δέδικα περὶ ξανθῷ Μενελάῳ.

Sed hæc potius sunt notanda, quàm imitanda.

Ἀμφὶ & περὶ idem planè significant, & aliquãdo simul ponuntur à Poetis: vt apud Homer. ἀμφὶ περὶ κρήνῃ. Aliquando etiam in compositione coniũguntur: vt ἀμφιπερισκώπτω, vertebat in gyrum. Sed oratori frequẽtius est τὸ περί.

In cõpositione quinque reperiuntur Præpositiones, quæ aliquando simplicis significationem augent, aliquando omnino mutant.

ἀντὶ,	ἀντάξιος,	ἀνομία,	
	qui præstat.	legum repugnãtia.	
ἀπὸ,	ἀποτείνω,	ἀπομανθάνω,	
	extendo.	dedisco.	
κατὰ	κατεσθίω,	καταφρονῶ,	
	deuoro.	desipio.	

παρά, παρεκβάλλω, παράνομος,
proculiaculor. iniquus.
διά, διαγελάω, ἀπιστῶ,
derideo. non credo.

Quatuor augent tantúm.

εἰς, εἰσακούω, σύν, συνεκτελῶ
exaudio. planè perficio.
περί, περικαλλής, ὑπέρ, ὑπερμαίνομαι,
peruenuſtus. nimis inſanio.

Πρός & auget & minuit: vt,

προσπάσχω, προσπάπτομαι,
vehementer afficior. leuiter attingo.

Ὑπό minuit tantùm: ὑποδιδῶ ſubuereor.

Vnicum μετά & mutat & minuit: vt
μεταβουλεύειν, μετανοεῖν, μεταπείθειν,
mutare conſiliũ. pœnitere. diſſuadere.
μεταδρίζειν, μεταγισμός,
elutriare. elutriatio, id eſt, vini ex vaſe in vas effuſio. Regir le vin populari lingua, Loſter de deſſus ſa lie.

Quid præterea vnaquæque Præpoſi-

tio iuncta aliis vocibus significet.

Ἀντὶ significat æqualitatẽ: vt ἀντίθεος, Deo æqualis siue similis. Et officium siue vicissitudinẽ: vt, ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων, suscipere infirmos, Act. 20. ἀντιτεκαργεῖν, in senectute parentes alere: quod solent facere πελαργοὶ, id est ciconiæ.

Ἀπὸ significat Re: vt ἀποδίδωμι, reddo. Ab: vt ἄπειμι, absum: ἀπέρχομαι, abeo. De: vt, ἀπείρηκά σου καταγελῶν, defessus sum te ridendo. ἀπολογεῖν, defendere. ἀπογράφειν, describere, ωpier.

Πρὸ cõpositũ vt simplex significat, ãte siue Præ: vt προθύρον, vestibulũ. προλέγω, prædico. προλαμβάνω, præoccupo.

Ἐν habitum significat: vt ἔνοπλος, armatus: vel sitũ, vt ἔγκειται, ἐμμένει, ἐνοικεῖ, incumbit, permanet, inhabitat.

Σὺν Cum significat, siue Vnà, aut Simul: vt, συνοίκως ἡμῖν, qui nobiscum simul habitat. Et auxilium: vt, συμπολεμῶ σοι, tecum in hostes tuos irruo. Et apud

Eurip.

Γυνὴ γυναικὶ σύμμαχος πέφυκέ πως.

Nam συ in συνεκτελῶ, id est planè perficio, nonnihil addit simplici.

Ἀμφὶ in compositione accipitur pro Circum, siue An antiqua præpositione: vt ἀμφιβάλλω, amplector. Aliquando pro ancipite: vt τὰ ἀμφίβια, ea quæ incertum est magísne aqua an terra oblectentur.

Ἀνὰ vel erit idem cum Re inseparabili Latinorum, vt ἀναλαβάνω, resumo: vel cum Sursum, vt ἀναβαίνω, ascendo: ἀναπήδημι, suspendo.

Εἰς, vel ἐς Atticè, compositum vt sim plex significat In cum motu: vt ἐισέρχομαι, irruo. Aliquando motus ille ex humiliore loco in altiorē productus de mittitur: vt apud Herodotū, Τοὺς ἵππους ἐς νέας ἐσβάλλειν, in naues sublatos equos introducere.

Διὰ idē est cū Di vel Dis Latinorum: vt διαίρεσις, διαιρεσολὴ, diuisio, distinctio. Et

cum Per: vt διαπράττω, διατείχω, διαμένω, pertrãseo, percurro, perseuero. Nã διατάττω ordine optimo collocare significat.

Κατὰ partim boni alicuius accessionem significat: vt καλάδηλος, καταφανὴς, perspicuus. καταπονδάζειν, diligẽter incumbere. Partim mali: vt καταψηφίζομαί σου, te condemno. Aliquando deorsum: vt κατέρχομαι, descendo.

Μετὰ sumitur aliquando pro Trans: vt μεταβάινω transeo, μετατίθημι transpono. Aliquando significat partem: vt μεταλαμβάνω particeps sum. Cic. μετακόσμια Epicuri nouè Intermundia vertit.

Περὶ etiam composita significat exuperantiam: vt περιλείπομαι, præsto. Et circum: vt περίφρασις, circunloquutio, περιστρατοπεδεύειν, exercitu obsidere.

Præpositiones cõpositæ si suam retinent significationẽ, plerunque suos casus substituunt vocibus, quibuscum iunguntur: ὑστερήμενος τῆς προθυμίας, qui ad diem non satisfecit, ὑστερήμενος

τῶ ὀφλήματος. Qui ad diem præscriptũ nõ soluit. Et Dioscor. lib. 4. ὑποφυόμενον τῶ ὕδατος φύλλον, folium extra aquam eminens. Sic συγχωρῶ σοι ταῦτα, in iis tibi assentior. συνωμοκυῖα τῷ Ἱππονίκῳ, quæ nupsit Hipponico: apud Lucia. ἡ γλῶττα μὴ προεχέτω τοῦ νοῦ, ne lingua anteuertat mentem. ἐμμένω ταῖς συνθήκαις, sto conuẽtis, pacta seruo. Et dũ migrãt in aduerbia: vt ab ἐξ & κατὰ, ἔξω τῆς οἰκίας, extra domũ. κάτω ὑπὸ γῆς, sub terra.

Περὶ & ὑπὲρ aliquando postponuntur suis casibus: vt εἰρήνης πέρι, τεθνηκότα ὑπέρ: & tum habent accentum in priore. Reliquæ semper præponũtur, nisi apud Poetas.

Aliquando etiam πρὸς & πρός γε, & μέχρι, casibus destitutæ finiũt orationem: vt apud Lucia. μικρόν γε πρός, nonnihílque præterea. καὶ ἄλλα ποικίλα πρός, multaque item alia. μετὰ ταῦτ' ὦ ξένε, Postea ô hospes.

Præpositiones partibus ĩdeclinabilib⁹

& præponuntur & poſtponuntur: vt ἀπ' ἀρχῆς, poſthac: etiam accedẽte articulo: ἀπὸ τοῦ νυῦ, ex hoc tempore. Et verbis: ἐκ τοῦ λέγειν, ex dicendo, ex oratione. μέχρι τοῦ τὸν οὐρανόν, vſque ad cælum. Demoſth. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰς μὴν ἅπαξ καὶ χρόνον βραχὺ αἰτεῖ, cæterùm hæc & eiuſmodi ad vnum breuéque tempus cõ ſiſtunt.

Aliquando præpoſitio pro præpoſitione ponitur: vt κατ' οἶκον, pro ἐνοίκῳ, domi: εἰς πήλινον γράμμα, in æs incidere. Aliquando etiam redundat: vt Ariſtoph. κατώρυξέ με κατὰ τῆς γῆς κάτω, me terra profunda obruit. Et ἐξ οὗ ἐξῆλθον, ex quo prodiit.

DE CONIVNCTIONE.

In coniunctionum ratione Poteſtas ſiue ſignificatio, quæ, quámque varia ſit, cognoſcenda eſt: quæ cuius collocatio ſit, quæ item compoſitio.

DE COPVLATIVIS.

E copulatiuis καὶ præponitur dicti-

oni quam cum præcedente nectit: vt Eurip. in Electra,

-τῇ δ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς
Κεινῆτε, καὶ τοῖς ἤθεσι τοὺς δύγενεῖς.

Καὶ eleganter geminatur: vt Phocion ad Antipatrum, Οὐ δοὺς σοὶ καὶ φίλῳ καὶ κόλακι χρῆσθαι.

Καὶ solum, in posteriore membro è priore imminuit, accipitúrque pro Tamen aut quanquam: vt quum Epaminõdas conspecto sine duce copioso exercitu, exclamauit, Ηλίκον θηρίον! καὶ κεφαλὴν οὐκ ἔχει. O immanem feram! quanquam ea caput non habet.

Quoties diuersa duo significãtur, prius ferè per ἕτερον, posterius per καὶ exprimitur: & tum vtrunque latinè per nomẽ Aliud redditur: vt Aristot. De mor. lib. 7, ἕτερον δὲ τὸ ἀντέχειν καὶ κρατεῖν, aliud autem est resistere, aliud vincere.

Atque interim obseruabis singulare esse verbum, si καὶ res diuersas commit tat: vt idẽ lib. 5, Διαφέρει δὲ τὸ ἀδίκημα καὶ

ἀδικον, nō διαφέρουσι. differt autem ab eo quod iniustum, iniuria: & rectè facta, ab eo quod iustum est.

Τὲ καὶ sic collocantur, vt τε priore loco dictioni subiiciatur, καὶ ferè sequente: vt Sophocles de mulieribus,

Αἷς κόσμος σιγή τε καὶ τὰ παῦρ' ἔπη.

DE DISCRETIVIS.

Discretiuæ sunt quibus, quæ volumus discreta esse, connectuntur.

Μὲν & Δὲ tam frequenter voces nectunt Græcis, vt vel Vallæ Latino molestū id sit. Porrò post μὴν ipsum collocatum in priore membro orationis, sequitur δὲ in posteriore: vt Ad Corinthios, πρέπει καὶ ἀπέχεσθαι, λόγῳ μὴν ἀναζητεῖν δεῖ, ἔργῳ δὲ παραιτεῖσθαι.

Frequenter etiam post μὴν οὖν, sequetur in posterioribus membris δὲ non semel repetitū: vt Plutarch. Δίκη μὴν οὖν νόμου τέλος ἐστί· νόμος δὲ ἄρχοντος ἔργον· ἄρχων δὲ εἰκὼν θεοῦ τοῦ πάντα κοσμοῦντος.

Proprius est vsus particularum μὴν &

δὲ in consequutione rerum contrariarū: túmque ipsi δὲ pro Sed vel verò posito aliquando adiungitur μὴ orationem finiens: vt in illo Philemonis,

Μόνῳ δ' ἰατρῷ τῷδε καὶ σωτῆρι
Ἐξεστιν ἀποκτεῖναι μέν, ἀποθανεῖσθαι δὲ μή.

Ipsi μέν pro Quanquā aliquando non δέ, sed δ' μέν ἀλλά, vel ἀλλά solū pro Tamen, in posteriore membro respondet: vt Isocrat. de pace, Ἅπαντες μὲν εἰώθασιν οἱ παρόντες ἐνθάδε τῶν μεγίστων φάσκειν εἶναι, καὶ μάλιστα προσηκούσας ἀξίας τῇ πόλει, περὶ ὧν δεῖ αὐτοὺς μέλλοντας συμβουλεύειν· δ' μέν δὴ περὶ ἄλλων τινῶν πραγμάτων ἥκιστ' ἄξιον ταῦτα ποιεῖσθαι, δοκεῖ μοι πρέπειν καὶ περὶ τῶν νῦν πραγμάτων ἐντεῦθεν ποιησαμένους τὴν ἀρχήν. Quanquam omnes qui huc Athenienses ad dicendam sententiam veniunt, eas res de quibus ipsi consulūt, esse maximas & grauissimas soliti sunt dicere, atque eiusmodi de quibus tota ciuitas maximè laborare debeat: tamē si de aliis nonnullis rebus idem rectè dici

possit, hinc initium dicendi de iis quæ nunc aguntur, fieri decere iudico. Et apud Homer. Iliad. ε.

Τιδεΐς τοι μικρὸς μὲν δέμας, ἀλλὰ μαχητής.

Reperias etiam post τὸ μὲν pro Illud quidem, in secunda oratione non δὲ, sed μὲν pro Sed: vt Plato, ὥστε τὸ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῷον, ἀτάκτως μὲν ὅπη τύχοι προϊέναι, καὶ ἀλόγως. Cicero, ita totū animal mouebatur illud quidem, sed immoderatè & fortuitó.

Μὲν & δὲ eleganter respondēt Latinis cùm & tum: dum scilicet quiddam generale cum μὲν præcedit, & quiddam speciale aut maioris momenti sequitur cum δὲ posito inter πολὺ & μάλιστα, pro Tum vel maximè: vt quòd Cic. in Cato. maio. dixit, Sæpenumero mirari soleo cum hoc C. Lælio, tum cæterarum rerum tuam excellentē M. Cato, perfectā que sapientiam: tum vel maximè quòd senectutem tuam nunquam tibi grauē esse senserim. Perionius docet ad imita

tionem Platonis expreſſum eſſe: itaque ſic Græcè dici debere, πολλάκις μὴν δὴ Μάρκε Κάτων, μετὰ τούτου Καίσαρ λαμπρῶς σου μάλλον τοῦ βίου, πολὺ δὲ μᾶλλον ἀδαπανήμονος ὡς ῥᾳδίως ἀεὶ τὸ γῆρας φέρεις. Gaza pro μὴν δὴ & πολὺ δὲ μᾶλλον, vertit ποτὲ μὲν & ποτὲ δὲ καὶ μᾶλλον.

Δὲ aliquãdo ſolũ ponitur pro Sed, nec habet μὲν præcedẽs. aut aliud cui comitetur: vt Πύρρος πρὸς τὸν ἐπαγγελοῦν μὲν τὰ τακτικὰ διδάξειν, ὃν δὲ πολεμεῖσθαι δὲ ποτε γενήσεσθαι, οὐκ ἔφη δεῖσθαι ἀπειραλκήτου στρατηγοῦ.

Quum res duæ inter ſe cõtrariæ conferũtur, explicata & expoſita priore, Græci in comparanda poſteriore vtuntur δὲ particula, quæ Latinè At verò reddi ſolet: vt Ariſtot. quum inutilem iuuenibus ciuilis ſcientiæ cognitionem fore demonſtrauit, addit, τοῖς δὲ κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιουμένοις καὶ πρὸς τοῦτο, περιωφελὲς ἂν εἴη τὸ περὶ τούτου εἰδέναι. at verò qui rationi ſuas appetitiones obedientes effi-

ciunt, ii magnum fructum ex hac scientia consequentur.

DE DISIVNCTIVIS.

Hæ Disiunctiua modò ponitur vnica: vt Aristot. De moribus x. Οὐ γὰρ οἱόντε ἢ ῥᾴδιον τὰ ἐκ παλαι τοῖς ἤθεσι κατειλημμένα λόγῳ μεταῤῥῆσαι. Nō enim potest, aut vix facilè potest, siquid est penitus insitum moribus, id oratio euellere. Modò gemina: vt, ἢ πάθη ἢ ἄπαθη. sed loco prioris ἢ eleganter ponitur ἤτοι: vt ἤτοι κατὰ τὸ σῶμα ἢ κατὰ τὴν ψυχήν.

Poetæ autem confundunt cum ἤ, ἠέ: vt in illo versu quo Antigonus respondit, hostes opprimendos esse,

Hæ δόλῳ, ἠὲ βίῃ· ἢ ἀμφαδόν, ἠὲ κρυφηδόν.

Et Aristot. 5. De morib. καὶ ἐν τῷ δοκεῖν ἢ μὴ, non quòd sic videatur aut secus.

Est etiam ἤ particula interrogādi, cui etiam interdum ἐν orationem finiens annectitur: vt Plato 1. De repub. καὶ γὰρ γεωργία χρήσιμον, ἢ οὔ; Ponitur etiam ἢ μὴ, & ἢ ἐν ad extremam clausulam, pro Annō?

vel nécne? πότερον præcedente: vt Demosth. De corona, πότερον φανῆναί τινα τῶν ἐλλιπόντων τὰ τοιαῦτα κωλύσοντα ποιεῖν αὐτὸν ἐχρῆν, ἢ μή; Vtrum aliquem exoriri oportuit qui ista prohiberet, an non?

Et dubitandi: Idem epist. 7. διαλῦσαι πότερον αὖ εἶπ πορευτέον, ἢ πῶς. Et ὅπως ἢ οὕτω, sic an secus.

Elegãtissimus est vsus particulæ ἢ post διαπί in præcedente membro positũ: vt apud Latinos ipsius An post Cur. Solui tur enim quæstio potius cum modestia dubitando, quàm nimia confidentia in alteram partem temere pronuntiando: vt Aristot. ἐγκλισίων τροβλημάτων. μετόμω. α. διαλῦσαι ὑγιὲς τὸ τῆς ἔφης μᾶλλον ἐπιτελεῖ, πονῆσαι δὲ πλείω; ἢ ὅτι τῷ νοσεῖν αἴτιον πλεῖστόν μᾶλλος πλῆθος· τοῦτο δὲ γίνε) ἡνίκα ἔφης ἐπιβολή, ἢ πόνων ἔνδεια; Cur cibũ imminuere, laborem augere salubre est? an quia causam ægrotandi excrementorum habet immodica copia: quæ tunc exultat quum aut cibus supereſt, aut la-

bor deeſt?

Rationis redditiuæ, ſiue cauſales, quæ ſignificant id quod ipſis ſubiicitur, rationem eius eſſe quod præceſſit.

Γὰρ pleriſque omnibus vertitur Nam vel enim: Cicero tamen eleganter γὰρ Quòd dicit. Ad cuius imitationem Perionius ſic quoque locum illum Ariſtotelis in tertio De moribus conuertit, Επεὶ οὕτω γε καὶ οἱ ὄνοι ἀνδρῶδες εἶεν πεινῶντες, τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς, nã iſto modo quidem licet dicere fortes aſinos, quòd ne verberibus quidem deterreantur à paſtu.

Aliquãdo γὰρ Ciceroni dicitur Quia & Cur, ſi antè Quod pro τοῦτο præcedebat: vt quũ dicimus αἴτιον τοῦτο γὰρ, quod cauſa eſt cur

Certè quoties breui præpoſitioni breuis etiam ratio affertur, Cicero tam γὰρ quàm ἅτε Quia vertit: vt Plato in Timæo, ὀμικρῶν τε γὰρ οὐκ ἐπιδεῖ, γὰρ ὄφρα

τὸν γὰρ οὐδὲν ὑπολείπεται ἔξωθεν· οὐδ' ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουσόν. quæ sic Cic. Nec enim oculis egebat, quia nihil extrà quod cerni posset relictum erat: nec auribus, quia ne quod audiretur quidem. Et rursus, μόνον δὴ τὸ αὑτῷ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτὸ, ὅποτε λήγει κινούμενον, solum igitur quod seipsum mouet, quia nunquam deseritur à se, nunquam ne moueri quidem desinit. Vbi notabis propriũ ipsius ἅτε iungi cum participio: vr hîc ἅτε ἀπολεῖπον.

Μὲν γὰρ idẽ valet cum simplice γὰρ: vt Aristot. De moribus, καθόλου μὲν γὰρ τῷ πυρέττοντι συμφέρει ἀσιτία καὶ ἡσυχία. nam generatim omni homini qui æstu febré que iactatur, prodest inedia & quies.

ἢ apud Græcos sine verbo idem quod Quia cum verbo: vt, ἢ γὰρ ἄνθρωπος, οὐδὲν διοίσουσι, neque enim quia homo sit, aliquid inter eos intererit.

Ὅτι Quia significat, præsertim in responsionibus: vt in problemate modò

visum est: sed ornatè à Cicerone ὅτι vertitur Nam: vt ex illo Platonis: ὄψις αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν· ὅλη τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων οὐδεὶς ἂν ποτε ἐρρήθη, ἡμῶν μήτε ἄστρα, μήτ' ἥλιον, μήτ' οὐρανὸν ἰδόντων. Rerum optimarum cognitionem oculi nobis attulerunt: nam hæc quæ est habita de vniuersitate oratio à nobis, haud vnquam esset inuenta, si neque sydera, neque sol, neque cælum sub oculorum aspectum cadere potuissent. De aliis significationibus ipsius ὅτι pòst agemus.

DE CONTINVATIVIS.

Continuatiuæ sunt, quæ consequentiã rei alicuius nõ omnino, sed sub conditione significant: vt, ἐὰν ἦς φιλομαθής, ἔσῃ πολυμαθής. Ἐὰν cum subiunctiuo. Sic ἐὰν βούληται, si ei commodum esset.

Εἰ iungitur tam præsenti quàm præteritis indicatiui, optatiui, & subiunctiui: vt Demosth. εἰ γὰρ ἠβούλεσθε, τί ἐμοὶ ἔμελλον δώσειν; Et apud Platonem, Σωκράτης ἔφη τὸν

εἰ πέντε, ἀποθανοῦμαι εἰ μὴ σε τιμωρησαίμην, ἔφη, ἀποθανοῦμαι εἰ μή σε φίλον ποιήσω.

Elegans est oratio cuius initio positum fuerit, εἰ μὴ δή, pro Atqui si, & in secundo membro, εἰ δὲ, sin secus: vt apud Platonem in Timæo, Εἰ μὴ δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅ τε δημιουργὸς ἀγαθός, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν· εἰ δὲ, ὃ μηδ' εἰπεῖν τινὶ θέμις, πρὸς τὸ γενητόν. Cic. Atqui si pulcher est hic mūdus, si probus eius artifex, profectò speciem æternitatis imitari maluit: sin secus, quod nec dictu quidem fas est, generatum exemplum est pro æterno sequutus.

Εἴπερ Siquidem valet, ferè cum indicatiuo in confirmanda breuioris propositionis non longiore ratione: ob id nū quam debet pingi maiusculo elemento: vt Plato, πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται. Quæ sic Cic. Recténe igitur vnum mūdum dixerimus,

an sint plures & inuumerabiles dictu verius? vnus profecto: siquidem factus est ad exēplū. Idem, ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολλυμένης, οὔτε αὐτὴ ποτε ἔκθυ, οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γένηται· εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γίγνεσθαι. nam principium extinctū, nec ipsum ab alio renascitur, nec à se aliud creabit: siquidem necesse est à principio oriri omnia.

Frequenter εἴπερ ponitur sine verbo expresso: vt Lucia. in Gallo, ἀλλὰ τῆς σάλπυγγος ἀκούων, εἴ γε ἄρα, καὶ βλέπεις τὰ καλὰ σαυτόν. Sic sine verbo leges, εἰδ' ἄρα, ἀλλ' εἴ γε, ἐὰν δέ.

DE SVBCONTINVATIVIS.

Subcōtinuatiuæ rerum consequutio nem omnino, & non sub conditione indicant: quales sunt ἐπεί, ἐπειδή, ἐπειδήγε. Hæ si postponantur, possunt pro rationis redditiuis poni.

Ἐπειδή initio librorum & ambituum orationis vertitur Quia vel Quoniam: vt Aristot. De repub. 1, in ipso principio,

Επειδὴ πᾶσαν πόλιν ὁρῶμεν κοινωνίαν τινὰ οὖσαν, Sic Perionius, Quia omnem ciuitatem ſocietate quadã cõtineri videmus.

In circuitu orationis, ἐπεὶ, ſiue ἐπειδὴ, ſiue ἐπεὶ cum γε, aliqua tamen voce interpoſita, valet Quandoquidem.

Aliquando ἐπεὶ quum præcedit εἰ in priore orationis mẽbro, valet Quũ: vt Demoſt. De coro. Εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον κατηγόρησεν Αἰσχίνης, κἀγὼ περὶ τούτων ἀπελογούμην· ἐπειδὴ δ' οὐκ ἐλάττω λόγον τοῖς ἄλλοις διεξιὼν ἀνάλωκε, καὶ τὰ πλείω κατεψεύσατό μου. Nam ſi Aeſchines ea tantùm quæ in iudiciũ adduxit accuſaſſet, ego quoque ipſum Senatuſcõſultum defẽderẽ: ſed quum ille orationem ſuam magna ex parte in aliis permultis exponẽdis conſũpſerit, cõfictis in me criminibus inuectus eſt.

DE ABSOLVTIVIS, ſiue definitiuis.

Definitiuæ ſunt, quæ præcedẽtis verbi ſignificationẽ determinãt: vt, λέγω ὅτι

ἥξει. Absolutiuæ, quas alicui fini perfectioníq; proponim⁹: vt, ἄκουε ἵνα διδάξῃς.

Ὅπως adiũgitur Subiũctiuis. Aristot. 1. De moribus, Ὅπως μὴ τὰ πρέργα τῶν ἔργων πλείω γίνηται, ne in eo quod attingẽdum fuit quàm in eo cuius causa attigimus, longior ponatur oratio. Sic interpres vertit è Cicerone.

Ἵνα etiam amat subiunctiuum: vt Plato 2. De legibus, Τὸν γὰρ κακὸν ἀεὶ δεῖ κολάζειν, ἵνα ἧττον ἀμείνων, coercendus est improbus vt melior fiat.

Siquid præteriisse narretur, iungitur optatiuo, & eleganter habet ὅπι adiunctum cum μάλιστα, vertitúrque à Cicerone Vt quàm maximè: vt Plato, Φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ περὶ γῆν δευτέρᾳ τῶν περὶ ὁδὸν, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον, ἵνα ὅτι μάλιστα ἅπασι φαίνοι τὸν οὐρανόν. Cicero hæc sic vertit, Deus ipse solem quasi lumen accendit ad secundũ supra terram ambitum, vt quàm maximè cælum omnibus colluceret.

Ὡς etiam eleganter vertitur Vt,& vtrunque iungitur ſuperlatiuo,accedente verbo Poſſum, vt Græco δυνάμει vel οἷόν τε:vt Ariſtot.1. De moribus, εἴπερ γὰρ κατὰ φύσιν, ὡς οἷόν τε κάλλιστα ἔχειν, οὕτω πέφυκε, Siquidem quicquid à natura proficiſcitur, ita ſecundum naturam affectũ eſt,vt optimè affectum eſſe poſſit.

Ὡς etiam reperitur iũctum poſitiuo, ſed pro Quàm:vt Ariſtoph.initio Plut. Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστίν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, Δοῦλον γενέσθαι πρὸς δεσπότου κακοῦ!

Ὡ'υχ ὡς, & ἀλλ' ὡς eleganter ſeſe ſic cõſequuntur,vt Latina Non quòd, ſed quia:vt Ariſtot.4. De moribus, Ὅθεν δεῖ λήψεσθαι οἷον ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων· οὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον, ὅπως ἔχῃ διδόναι. id eſt, Vnde autẽ æquum erit accipiet, tanquam de ſuis facultatibus,non quòd honeſtum ſit, ſed quia neceſſe, vt ei ad largiendum ſuppetant copiæ.

DE DVBITATIVIS.

Dubitatiuæ vbi de duobus aut pluri-

bus dubitamus, adhibentur: & in interrogationibus.

Quum sunt plura mẽbra interrogationis, Græci priore, modò πότερον, modò πότερα, modò εἰ dicunt: & posteriore, ἢ: prioribꝰ respondent Latina Vtrum & Ne, posteriori, An. τὸ πότερον habes exemplum in εἴωθε: posterioris id est ἐι, hoc è Sophocle,

ὡς εἰδῶ σάφα
Εἰ τοῦμὸν ἄγγεις μᾶλλον ἢ κείνης ὁρῶν
Λωβητὸν εἶδος ὂν δίκῃ κακοξύμβουον.

Quæ Cicero vno versu Latino sic est cõplexus,

Iam cernam, méne an illam potiorem putes.

Ἀλλὰ etiam initio orationis cõuenit, quũ simplex est interrogatio, & per An vertitur: sed in responsione identidẽ repetitur ἀλλά; & At verti debet: vt Demosth. priore in Aristogitonẽ, Ἀλλὰ μὰ Δία τοὺς τούτου συγγενεῖς πολλοὶ καὶ καλοὶ κἀγαθοὶ φανέντες αὐτὸν ἐξαμήσονται; ἀλλ' οὔτ' εἰσὶν, οὔτ' ἐγένοντο πώποτε, An per Deos

immortales etiã si nec ex sua nec ex patris virtute potest præsidium petere, multorum, qui ei adsunt, gratia cognatorum liberabitur? at hi nulli nec sunt, nec fuerunt vnquam.

Ἀλλὰ in media oratione nũquam seruit interrogationi: contrà ἦ nunquam primo mẽbro collocata, sed semper vel secundo, vel tertio.

Græcis ἦ οὐ; & ἦ μή; respondẽt Latina An non? & Nónne?

Ἆρα particula interrogãdi acuit prio rẽ, & passim vertitur An: sed Cicero in interrogatione argumentando ἄρα nõ An, sed Ergo dicit. Nã illud ex Gorgia Platonis, Ἆρ' ἥλιος ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ Ἀρχέλαος καλὰ τὸν σὸν λόγον; 5. Tuscul. vertit, Miser ergo Archelaus?

DE COLLECTIVIS.

Collectiuæ sunt, quibus, ex iis quæ posita sunt, aliquid confici admonemur.

Καὶ δὴ à Cic. aliquãdo Quocirca dicitur: vt illud ex Plato. Timæo, Καὶ δὴ κα-

τὰ τοῦτα καὶ ἡμῖν λεκτέα μὴν ἀμφότερα τὰ τῶν αἰτίων γένη, sic Cic. conuertit, Quocirca nobis sic cerno esse faciẽdum, vt de vtroque nos quidem dicamus genere causarum. Sed frequentius καὶ δὴ Quam obrem dicitur.

Δὴ etiam ab eodem dicitur Ergo: vt ex eodẽ Platonis libro, ὁ δὴ πᾶς οὐρανός, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦτ' ἦμῖν ὠνομάσθω, Omne igitur cælum, siue mundus, siue quo alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatus sit.

Δὴ præterea etiam vertitur Itaque, Ideóque, Igitur. Sic ὥστε cũ indicatiuo dicitur ita, sed cum infinitiuo potius Vt quã Ita: de quo satis multa in Aduerbio.

DE ADVERSATIVIS.

Aduersatiuæ vsurpantur, quum duæ aduersariæ sententiæ duabus orationibus continentur: & tum in priore μὴν ponitur pro Quanquam cum indicatiuo vel subiunctiuo: in posteriore δ' μὲν ἀλλὰ

Pro Tamen cum indicatiuo, vt in μὴν explicatum est. Sed quum posterior oratio est prioris quasi correctio, καὶ εἰ, vel καί τοι, vel κἂν, vel δὲ sumitur, valétque Quanquã: nec vnquã iungitur cũ ὅμως.

Καὶ εἰ cũ indicatiuo: vt Aristot. 9. De moribus, φασὶ γὰρ δεῖν φιλεῖν μάλιστα τὸν μάλιστα φίλον· φίλος δὲ μάλιστα, ὁ βουλόμενος, ᾧ μάλιστα βούλεται, ἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, καὶ εἰ μηθὲν ὀίσεται. Quem locum Cicero sic adũbrauit in 2. De fini. Quid est autẽ amare (è quo amicitiæ nomẽ ductũ est) nisi velle bonis aliquem affici quàm maximis, etiamsi ad se ex his nihil redeat?

Καί τοι tũ optatiuo, tũ subiunctiuo: vt Demosth. ad epistolã Philippi respõdẽs, Καί τοι τί γένοιτ' ἂν νεώτερον, ἢ μακεδὼν ἀνὴρ καὶ Ἀθηναίων, ᾧ τολμᾷ ὑπισχνεῖσθαι πέμπειν τοιαύτας οἵας ἠκούσατε μικρῷ πρότερον; Quanquam quid tam nouum esse potest, quàm Macedonem quendam esse, qui Athenienses despiciat, ausítque epistolas eiusmodi mittere, quales paulo

antè recitatæ sunt?

Κἂν subiunctiuo adiungitur in eo correctionis genere: vt Aeschi. in Ctesiph. τηλικαύτην αὐτὸς αὑτῷ δυναστείαν κατεσκεύασεν, ὥστ' ἤδη ῥᾳδιόν ἐστι τὸ ῥῆμα, πρεσβεύσειν μὲν εἴφη, ὅπῃ αὐτῷ δοκεῖ, κἂν μὴ ὑμεῖς ἐκπέμψητε. Tantam etiam ipse sibi potentiam comparauit, vt quum modò in locum superiorem ascenderet, ausus sit dicere, se quocunque ipsi videatur, etiam si non mittatis, legationem esse obiturum.

Ἐὰν cum indicatiuo, pro Quanquam corrigendi particula, iungitur: vt in 10. De morib. ἡ δόξα δ' αὐτὴ δοκεῖ γενήσεσθαι ἐκ τῶν περὶ τοὺς ἔρωτας λυπῶν καὶ ἡδονῶν· ἐνδεεῖς γὰρ γινομένους καὶ περιλυπουμένους, ἥδεσθαι τῇ ἀναπλήρωσει· τοῦτο δὲ συμβαίνει περὶ πάσας συμβαίνειν τὰς ἡδονάς. Ac mihi quidē certè manasse hæc sententia videtur ex iis voluptatibus & doloribus qui ex cibo alimētóque capiuntur. quum enim homines aliquid dolentes desiderant, pòst e-

ius satietate capiuntur: quanquam id non omnibus voluptatibus contingit.

Καίτοι aliquando cum solo participio inuenitur sine verbo: vt Plato in Timæo, ἀδύνατον οὖν θεῶν παῖδα ἀπιστεῖν, καίτοι δίχα τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν. Ad datiuum παῖδα ille datiuus λέγουσιν refertur. Hoc Cic. sic vertit in Ii. De vniuersitate, Ac difficile factu est à Diis ortis fidem non habere: quanquã nec argumentis nec rationibus certis eorum oratio confirmetur.

Ὅμως Græci præponunt participio, Latini pro participio, particulam Quũ verbo addito vsurpant, & ὅμως vertunt Tamen, quod in posteriore ponunt mẽbro orationis: vt Demosth. in Aristogit. ἀλλ' ὅμως ταῦτα ποιῶν καὶ τοιοῦτος ὤν, ἐν ἁπάσαις ἀεὶ βοᾷ ταῖς ἐκκλησίαις, ἐγὼ μόνος ὑμῖν πλοῦτον. Quem locum Salustius in Ciceronem imitatus, sic scripsit. Atque is quum eiusmodi sit, tamen audet dicere, O fortunatam natam me consule

Romam.

Atque hîc Græci, si participium cum ὅμως in genitiuo absoluto ponant, Lati nè mutabitur in ablatiuũ eiusdẽ naturæ. Sed quod Latini Vt pro Quãuis ponũt, Græci non ἵνα, non ὅπως, nec ὡς, nec ὥστε dicunt, sed modo imperandi exprimũt: vt Aristoteles 10. De moribus, τῷ μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀμφοῖν χρεία, καὶ ἐξ ἴσου ἔστω, εἰ καὶ μᾶλλον διαπονῆ περὶ τὸ σῶμα ὁ πολιτικὸς, &c. Nam vt rerum ad viuendum ne cessariarũ vsus vtrique par sit & æquus: etiam si maior quædam ei qui in actione versatur, ad res corporis procurandas adhidenda sit diligentia.

Ὥστε etiã reperitur cum imperatiuo: vt apud Lucia. in Gallo, ἐκεῖνος αὐτὸς ἐγώ σοι ὁ Πυθαγόρας, ὥστε πάυου ὦ ἀγαθὲ λοιδορούμενός μοι, Ille ipse tibi adsum Pythagoras: itaq; vir optime, finem mihi maledicendi facito.

Ἔτι δὲ particula est colligendi, qua ni mirum ad rem vnam probandam mul

ta argumenta colliguntur, modò Iam verò vertitur, modò Iam, vix Præterea aut Amplius: vt Aristot. 1. De moribus, Ἔτι δὲ τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικὸς ὤν, μαθήσεως ἀκούσεται καὶ ἀνωφελοῦς, Iam verò quum libidini animi pareat, frustra & inutiliter audiet.

Δὲ γε, Atque etiam, vel Etiam solum: Aristot. De moribus, ἐν πάσῃ δὲ γε βουλῇ, Atque etiã in omni deliberatione, &c. εἰσὶ δὲ καὶ, Sunt etiam, & cæt. quoties ad aliquid affirmandum plura afferuntur, aut sententia mutatur, Δὲ etiam solum aliquando Cicero dicit Ergo, Atqui, Quocirca.

DE DIMINVTIVIS ET EXPLETIVIS.

De Electiuis ἤ, ἤτοι, antè dictum est. Supersunt Diminutiuæ, siue extenuatiuæ, quibus quod minus cõcedi dignũ est, indicatur: vt γε, Latinis saltẽ: ἀλλά τε, At certé. Et expletiuæ coniũctiones, quibus vel additis, vel detractis, nihilo

plus aut minus efficitur: vt, ῥα, γε, μὲν, κε, κεν, ἄρ, νυ, Poeticæ: Oratoribus autem quum omnes penè coniunctiones possint expletiuæ esse, tum vel maximè δή τε, αὖ, τοι, οὖν, ἄρ, μὲν, που, δήπου, γε, ἂν, & ἄρα.

Ἄρα παρέγκλιτον præter ornamentum nihil ferè orationi affert: vt, ὡς δέδοικα ὅπου ἄρα ὑπιβάροις, quàm timeo quorsum euadas.

Nec Ἄρά τοι γε, apud Aristoph. vt, ἦ τοι γ' ἂν ἔχοι τις ἂν δίκαιον ἂν τιπτεῖν ἔτι; quo præterea iure possit quisquam contradicere?

Sed vt diuersus est vsus ipsius ἄν, sic & diuersa syntaxis. Nam δυνητικὸν ἄν, præsenti optatiui, subiunctiui, & infinitiui addi potest: vt, οὐκ ἂν λέγοις. οὐκ ἂν φαίης, non diceres. Plato in Phædro, καλὸν γοῦν ἂν εἴδος ἡ καταγενομένη ὁ τοῦτο λαβών. Atqui præclaram ille formam animo complecteretur, qui hoc assequi posset. τί ποιεῖν ἄν, ἢ τί οἰόμεθ' ἂν λέγειν; Quidnam vel dicturos vel facturos fuisse eos putatis?

Quum de re præterita habetur oratio, potest & optatiuo & indicatiuo iũgi: vt, τίς οὕτως ἀλγεινός, ὅστις δυνηθείη ἂν τοῦτο ποιεῖν; vel ὅστις ἐδυνήθη &c. Sícque potest omnibus præteritis cõiungi: vt Iphicrates positis in sociorum agro castris, obiurgatus quid metueret, respondit, χιειζίω φωνὴν στρατηγοῦ εἶναι, ὃν ἂν προσοδύκησα.

Res futura notatur præterito, accedẽte ἂν: vt ποιήσαιμι ἄν pro ποιήσω. ἐλεγθεὶς ἂν, pro ἐλεγθήσομαι, ὑποσχὰς ἂν, pro ὑποσχήσομαι. γενόμενος ἂν, pro γενήσομαι.

Ἂν ité futurum optatiui nõ respuit: vt ὃν ἂν λέξοις: & indicatiui, & infinitiui, si cum verbis futurum infinitiui poscẽtibus (cuiusmodi sũt, νομίζω, οἶμαι, ἐλπίζω, προσδοκῶ, φημὶ, & similibus) iũgatur.

Quod Latini dicunt, Ignorabat quid diceret, vel dicere deberet, Græci dicũt per præsens, iuncto ἂν: τί ἂν λέγοιτο ὃν οἶδεν: vel per futurum, τί λέξοι ἂν. Sed ἂν indefinitè sumptum magis amat subiunctiuum: vt, ὅπῃ ἂν ἔλθῃ, quocunque eat.

ὅ,τι ἂν λέγῃς, quicquid dicas. Aliquando etiam cum optatiuo, modò res præteri ta sit. Et pro ἐὰν, vel Si: vt ὡς ἂν τις ἕτερος τις εἴποι, Perinde ac si quis prior dixisset.

Tu obseruabis Græcis inter cæteras coniunctiones redũdare ὡς & ὅτι: vt Iohan. 4. Christus responsum Samaritanæ negantis sibi maritum esse confirmans, ait, καλῶς εἶπας ὅτι ἀνδρα οὐκ ἔχω. tolle ὅτι, & orationi nihil deerit: ne tollatur, & tum absurda erit oratio. nam Christus ea negaret sibi esse virum. Sic, λέγεις ὡς καλός εἰμι, dicis & iactas te formosum. nam ὡς saluo & non expũcto, sensus esset, Ais me formosũ esse. Quin & orationes redundant aliquando: vt, οἶδα, οἶδα: vt Latina, Credo, Mihi credo. Quorum omnium exempla, ne longior sim, tam è Budæo & Perionio, vñ de hæc desumpta sunt, quàm è veterum lectione sunt petenda.

De his Budæus in Comm. pag. 1476. Ver. 17.

Exempla infinita fere in Scripturis in Euangelio Ioannis 10. 17. Apocalyps. 3. 17. Rom. 3. 8.

Ego hic duo ὡς.

Ad. Fac non vereare dubitare sed suam significationem plenam & integram vereare.

Ea cõiunctione ὅτι

DE SYLLABARVM RATIONE.

Syllabæ ſunt aliæ

Longæ,		Breues.
1. Natura,	ἡρώων	θεός.
2. Diphthõgo cohærẽte,	παῖς, οὖ, ἦν.	Diſſo παΐς, luta, ἐϋ, ἠϋ.
3. Accentu,	μῦς.	τέμμαξα.
4. Cõtractione,	οἱ ὄφις.	Sync. οἱ ὄφις.
5. Cõpoſitione,	ἴφθυμος.	ἀφαδόλιγω.
6. Deriuatione,	ὁ χρίνας.	ὁ χριτής.
7. Regula,	δελφίν.	τὸ ζθυγμόν.
8. Exemplo,	Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.	

de qua pagina 185.

9. Præterea poſitione quoque longa cognoſcitur ſyllaba: vt τέμνοντες.

1. NATVRA ſyllabæ dicuntur longæ, in quib' eſt vel η vel ω: breues quæ ſcribuntur per ο vel per ε.

2. DIPHTHONGO. Omnis diphthongus longa eſt, etiam ſequente vocali apud Græcos: vt Αἴακος, Ἀνείας. Sed tamẽ contrahi poteſt ſequente initio dictio-

Non raro tamen Diphthongus unus Diphthongum etiam in eadem dictione corripuit. Ut in Epigrammate Aenigmate de ſpondeo.

Αὐτενθοιπόδους ἔπτειν ζάος ἐγρίαθήκε.,
Item in Lucium Epigram. ἐσῃ θεός.
Ἀνθρώπης μεὶ ἴδως λήθεις ἄποπ' τι πομπᾶς,
οὐ λήθεις δὲ θεός, ὅδε λόγιζόμενος.

Sic Hom. Od. α. Ζηνὸς ἐγὼ μήτηρ εἰμὶ κασιγνήτη τε θεάων. ubi ἀπόκοπος annotauit, & alio vocalem eximere diphthongum reperisti.

nis alterius vel vocali vel diphthongo: vt, καὶ εἶπεν. Dissoluta, ancipites contrahit: vt Ιλιάδ. α.

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν.

Ἄδης Vides habere ᾰ dissolutũ in ᾱϊ breues. Contrà fit apud Latinos: vt aulai ex aulæ. Certè Theocritus ῥᾴϊσα dixit ᾰ longo dissoluto.

3. ACCENTV. Syllaba si notetur accentu circunflexo, longa erit: vt, μοῦς, οὖς, ἡμῖν, ἡμᾶς, φᾶναι. Sed si sit προπαροξύτονος, vel προπερισπώμενος, extremam habet breuem: vt σῶμα, σώματα. Attica excipiuntur Μενέλεως, λέξεως, Δημοσθένεως, τῷ λέξεων, τῷ Δημοσθένεων.

4. CONTRACTIONE syllaba necessariò producitur: vt, ὑγιᾶ pro ὑγιέα, τοὺς ὄφις ex ὄφιας contracto: sed τοὺς ὄφις ex ὄφιας conciso, α reiecto, remanet breue. Neque enim Syncope integræ vocis quantitatem solet mutare. Ergo in illo epigrammate de cimicibus,

Οἱ κόρεις ἄγρει κόρυ κορέσματά μου, ἀλλ'

ἐκρέω θω

Ἄρχει κόρυ, κ' αὐτὸς τοὺς κόρεις ἐκκρέσας. Nominatiuus κόρεις ex κόριες, vt accusatiuus κόρις ex κόριας deprehenditur fieri κατὰ πλεονασμόν, quia corripitur: nam si contractio esset, fieret productio.

5. COMPOSITIONE cognoscitur quã ta sit syllaba: quia composita ferè æqua lia sunt suis simplicibus: vt γωνὴ priorem corripit, eandem igitur contrahet ἀνδρόγωνος. τιμὴ & θυμὸς priorem producunt, eadem igitur in compositis ἄφθυμος & ἄθλιμος erit quantitas.

Appendix. I.

Si prior pars compositionis desinat in ancipitem, id est in α, vel ι, vel υ, ea ferè contrahetur: vt καλλιπάρθενος, μεγάθυμος ἡδυεπής. In quib⁹ λι, γα, δυ cõtractæ sũt.

Appendix. II.

Præpositiones itẽ nisi positione producãtur, omnino corripiũtur: vt ἀμφὶ, ἀνὰ, κατὶ, & c. Ergo ἀναλαμβάνω, κατεπίπτω, ἀμφέχω, primas compositione de-

prehenduntur contrahere. Notabis tamen ξιφὸς & quædam alia composita à ξιφὸ breui, producta esse.

1. Composita πῦροξύτονα genus suorum simpliciũ variantia penultimã obliquo rũ producũt: vt ab ἡ ἡνία, ὁ ἡνίοχος, ἡνιόχου, ἡνιόχῳ, ἡνίοχον, ἡνιόχοιν, ἡνίοχοι, ἡνιόχων, ἡνιόχοις, ἡνιόχους, ἡνίοχε, ἡνιόχοιν, ἡνίοχοι, ἡνιόχων, ἡνιόχοις, ἡνιόχους, ab ἡ κλεὶς, ὁ πολυκλεὶς, πολυκλεῖδος.

2. Composita cum nominibus dissyllabis desinentibus in υ, illud habent longum in penultima: vt ἀδάκρυς, βάλυτος, βάρυτος, γάρυς, χάκυτος.

3. Composita cum ἴφι particula semper iuncta, primam producũt: vt ἰφιγένεια.

4. Composita cum nomine πῦρ: vt πυρομὶς, πύρμος.

5. Composita finita in ιμος: vt ἀτιμὸς, βάλιμος.

6. Composita à dissyllabis in υμος: vt à θυμὸς, εὐθύμος.

7. Composita à τιμὴ: vt ἀτίμιος.

Hæ sex particulæ, quæ nunquam non alteri voci iunctæ sunt, contrahuntur: ζα, ἀει, ἐει, βει, δυς & ἀ στερητικὸν: vt, Κύλ-

λαντε ζαθέω, ἀρίδηλος, ἐείβολος, βρυάρεως, δύστερος, ἄπιστος.

Vbi tamen multarum breuium fit cõcursus, etiam extenduntur à Poetis: vt ἀθάνατος apud Homerum, quia plures breues ipsũ α sequũtur, primã producit. 8. Composita adiectiua in όεις, si numerum triumsyllabarum superent, tertiam à fine & quartã producẽt: vt ὑδατόεις, δακρυόεις, χιονόφι à χιών priore breui: cõtrà ab ἰός priore lõga, fit ἰόεις prima producta. In cõpositione si fiat cõtractio, erit & productio: quales sũt illæ Atticorũ propriæ, ὁ ὄνος, οὗ ὄνου. τὸ ἔργον, τοῦ ἔργου. τὸ ὄνομα, τοῦ ὀνόματος. τὸ ἱμάτιον, τοῦ ἱματίου. ὁ ἕτερος, ἄτερος. τῷ ἑτέρῳ, ἀτέρου. οἱ ἕτεροι, ἀτέροι. αἱ ἕτεραι, ἀτέραι. ἡ ἑτέρα nõ cõtrahitur. & τ' ἀνδρὸς, τ' ἀνδρὶ, pro τοῦ ἀνδρὸς, τῷ ἀνδρί. ὁ ἄεικος, ὦεικος. τοῦ ἀγαθοῦ, τἀγαθῶ. τοῦ βούβολου τὼβούλοιο. τοῦ ἡμετέρου, ἡμετέρου.

correpta. — vide Iliad. ψ.

3 Æn. Misere Venenum. Rubigi nem.

6. DERIVATIONE. Quanta fuerit in primitiuo syllaba, tanta erit & in deriuatiuo: vt ab ἴδη, ἰδαῖος. à πᾶς, πᾶσα. à πήχ-

ἔρις, πῆχυς prima longa, quia in primitiuis extenditur.

Appendix. 1.

Deriuata quæ addunt ι primitiuis, illud habent breue: vt, ἔτυμον, ἐτήτυμον. à ἥκω, πίμπλημι à δόω, δίδωμι. Quod si expũcta consonante altera è positione, ι vsurpetur, quasi positio adesset, longum erit. Itaque γίνομαι & γίνομαι ex æquo primam producũt. Sic γιγνώσκω & γινώσκω.

ἑτήτυμον scribitur quoniam per η non per ι. Ergo nec κρητήρ, πίστις antepenultima debuerunt, nec ἵημι habere ι, nec ἵστημι, nec τελεῖ nullo modo, nec ἵημι, nec ἵστημι, nec τίθημι habere ι, sed ἧτορ, ἥμισυ, ἥδομαι, ἥσσων, ἥττων, ἥδιστος scribi oportere.

DERIVATIONE PRODVCVNTVR hæc & quædam alia,

1. Propria ἐθνικὰ παραλλαβα, vt Λυκιανὸς, Ἰουλιανὸς: quæ quasi appellatiua videntur esse, eáque aliunde formata.

Ὠκεανὸς variat.

2. Gentilia tã masculina in ανὸς, vt Βρεταννὸς, quàm fœminina in ανὶς, vt Βρεταννὶς, καρμανίς.

3. Gentilia in άτης & ᾶτις, vt ὁ ἀπαρτιάτης, οἱ ἀπαρτιᾶται, ἡ ἀπαρτιᾶτις.

4. Tam deriuatiua quàm verbalia in υτης, υτηρ, & υσις producunt penultimam:

vt, μηνυτής, μηνυτήρ, πρεσβύτηρ, πρεσβεῖος.

5. Numeralia in ακόσιος, vt τελακόσιος.

6. Verbalia in αμα: vt πρᾶγμα, νᾶμα, θυμίαμα.

quomodo πράγμα definas in αμα?

7. Et in ιμα: vt μήνιμα, χεῖμα, quæ à præteritis penultimam producentibus ducuntur.

quæ sint autem præterita ista penultimam producentia?

8. Deriuata à μῦθος, vt μυθεῦμαι.

9. Deriuata in ίνη producunt penultimam, si plures habent tribus syllabis: vt ἀνδρασίνη, ἡρωΐνη, μολυβδίνη.

Excipies εἰλαπίνη.

10. Substantiua deriuata quæ finiunt vel in ίτη, vel in ίτης: vt ἀφροδίτη, μελίτη, ὁπλίτης, πολίτης.

(Sed ὁ χριτὴς debet excipi: contrahitur enim vt primitiuum χέχριται.)

11. Propria item in ῖχος Barbara: vt Ἐρῖχος, Λοδοῖκος.

12. Propria item in ῖνος, vt Γυεῖνος, Βυρδῖνος, Μαρτῖνος.

13. Verbalia in μος à prima perfecti passiui formata, habẽt penultimã vel natura,

vel positione semper longã: vt à τέθυμμαι θυμός. à λέλυμμαι, λυμός. δέδεμμαι, δεσμός.

HAEC DERIVATIVA CORRIPIUNTUR in penultima.

1. Simplicia polysyllaba deriuata in ιμος, ι corripiunt: vt δίκιμος, ἄθλιμος.

2. Verbalia in υμα: vt κύμα, πλόυμος. πλοῦμα ei in, nomo, pro aqua sordida ex lotura. non κολύμα. Num ω λάω

3. possessiua in ικὸς: vt γραμματικὸς.

4. Oxytona polysyllaba in ινὸς quæ tẽpus significant, vt ἐαρινός. Aliquando tamen producuntur: vt apud Homerum Iliad. φ. Ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς βορέης. Quam libertatem Latinis negatam esse, cõque ritur Martialis.

5. Verbalia in υσις: vt λύσις, φύσις.

6. Deriuata in ινος, quæ significant materiam, vr κέδρινος, δρυΐνος.

7. Diminutiua in άριον corripiunt α: vt ab οἶνος, οἰνάριον.

8. Patronimyca in άδης & ίδης penultimam ferè corripiunt, vt Μενοιτιάδης, Νηρηίδης.

9. in μα quæ à verbis in μι proueniũt,

contrahuntur: vt θέμα, δόμα. Et quæ desinunt in μα impurũ, vt δόγμα, βρέγμα. // 10. Deriuata polysyllaba in ων penultimam corripiunt: vt διχοστών. // 11. Deriuata in υς: vt καμῦς.

Hæc verbalia βρέγμα et δόγμα video ἀπὸ per Vocalem breues. Tu vide de eæteris.

In quinta coniugatione penultima primi indefiniti longa est: vt à κρίνω, ἔκρινα: ergo in κρῖνον κρινάτω, κρίναιμι, κρίνω, κρίναι, ὁ κρίνας, quæ omnia ab ἔκεινα formantur, prima longa erit. Sic quia futurum vtrunque quintæ coniugationis penultimam contrahit, quæab eodem tempore deducuntur, eandem habebũt breuem: vt à κεινᾶ, κέκεικα, κέκειμαι, ἐκεκείμην, κεκείσομαι, ἐκείθην, κειθήσομαι, in omnibus modis & personis κει breue erit: Et in verbalibus, vt à κέκειται, κεῖσθαι, κειτὸς, κειτέον, & similibus. Tamen à μανία prima contracta, fit μανιακὸς prima extensa: & ab ἀεὶ ἀ correpto, fit ἀΐδιος ἀ producto.

κεῖσθαι omnium vulgo pronunciatum. Nomnullis, vnde corripiuntur Cæsar. 16. in Paraphr. in Iohan.

Iaponio in Prosodia clam ἀεὶ habere primam Comm. Vide et infra pag. 194. lin. 1.

Appendix. 11.

Deriuata circunflexa è Barytonis si

è diphthongo primitiuorum tantùm retineant alteram vocalem; illa erit breuis: vt à πείθω, πιθῶ. à δαίω, δαῶ. Id quod obtinet etiam in nominibus: vt à φεύγω, φυγή. à πείθω πιθανός. contrà ancipites initio præteritorum sæpe quasi accessione augmenti producuntur, etiã si thema habeant breue: ut ἱκάνω prima breui, & ἵκανον prima longa.

Appendix. III.

Futura à verbis in ίω vel ύω penultimam ferè producunt, quanuis thema-

h. e. Tres themata prodeũt, eorum alia habẽt ant, alia corripiũt ptam syllabam.

ta varient: vt μηνύω, κυλίω, λύω. μιμυήσω, κυλίσω, λύσω. Hoc, vt ϑύσω à ϑύω, longum quidem est: sed tamen vtriusque perfectum, etiam passiuum, corripitur, λέλυκα, τέϑυκα, λέλυμαι, τέϑυμαι. λῦτο plusquamperfectum longum est: at λύϵ in def. β. breue. λύμα & ϑύμα verbalia priorem breuem habent.

β λύσω

Futurum itẽ in άσω, à themate in άω, ab ε aut ρ cœpto, etiam producitur: vt ἐάω, ἐάσω. Φυράω, Φυράσω.

Sed futurum in σω, à præsẽti in ζω, τίω vel αω, contrahitur in penultima: vt ἁρπάζω, ἁρπάσω. νομίζω, νομίσω. κλύζω, κλύσω. πλάτίω vel πλάαω, πλάσω.

Appendix. iii.

Prius indefinitum verborum quæ in ω purum & in ζω desinunt, penultimam producit: vt à κώω ἔκωσα. ἀνοχμάζω, ἀνοχμάσας. particip. ἀκοντίσας. ab ἀκοντίζω. ἐκάπνισθν à καπνίζω. Sic ἐασάσθ & ἐρύσαμθν cum similibus plerunque leguntur tertia à fine extensa.

Alia verba quæ non sunt quintæ conIugationis, ferè eandem & futuri primi & primi indefiniti penultimam faciũt: quam etiã communem aliquando vsurpant Poetæ: vt πάσασθ pro gustare, prima correpta: pro acquirere, producta.

Appendix. v.

Posterius indefinitum penultimam ferè contrahit: vt ἔλαβον, ἔτυπον. quare frequenter, vt vitetur positio, fit hîc metathesis, si liquida præcedat mutam:

vt pro ἔδαρκον, ἔπρηθον, leges ἔδρακον, ἔπραθον, & pro ἤμαρτον, ἴμβροτον.

Appendix. VI.

Verba iu ὑπω etsi positu penultimã producant, tamen natura eam breuem habent: quam tamen perfectum extendit natura: vt à τύπω, τέτῡφα, à κώπω κέκῡφα, penultima longa.

Præteritum in κα, κ reiecto pro penultima longa ancipitem breuem retinet Ιωνικῶς: vt à δέδοικα, δέδια. ἔσηκα, ἔσαα. πέφῡκα, πέφυα.

DE PRAETERITO ATTICO.

Præteritum commune, assumptis Attico more duabus primis literis themathis, si minimum est quatuor syllabarũ, tertiamà prma contrahet: vt,

ἀγείφω, ἤλειφα, ἀλήλιφα.
ὀρύττω, ὤρῡχα, ὀρώρυχα.

Id tamen impedit aliquando positio si remanet: vt

ἐγείρω, ἤγερκα, ἐγήγερκα.

Appendix. 8.

Imperatiui indefinita quæ in θι desinũt, & quæ in infinitiuo in ναι, producũt penultimã: vt πῆθι, κλῦθι, κρῖναι, λεᾶναι, φᾶναι, ξῆναι, δοῦναι. Sed in θι facta per reduplicationem contrahuntur: vt τέθναθι, τέτλαθι, κέκλυθι, δείδιθι. Sed præsens infinitiui verborũ in μι cõtrahit semper penultimã: vt πιθέναι, ἱσάναι, διδόναι, ζυγνύναι.

Appendix. IX.

Primæ verborum personæ in α corripiuntur, vt ἔτυψα, τέτυφα. In reliquis item personis inde formatis α breue erit, etiam si fiat syllabarum accessio, siue crementũ, nisi obstet positio: vt ἔτυψας, τέτυφας, ἐτύψατον, ἐτυψάτην, ἐτύψαμεν, τετύφαμεν, ἐτύψατε, τετύφατε. Sic ἐτυψάμην, ἐτύψαο, &c. τυψάτω, τυψάσθω.

Exeptio. I.

Sed personæ quæ in σι exeunt, omnes penultiman producunt, siue ea sit α, siue quælibet alia litera: vt τετύφασι, τύπτουσι, πῆσι, πιθέασι, ἵησι, ἱσᾶσι, δίδωσι, διδόασι, ζεύγνυσι, ζευγνύασι.

Exceptio. II.

A græcum per Epentheſin Ionicam interpoſitum tertiis perſonis ſingularibus perfecti & pluſquamperfecti paſſiui, vt fiant plurales, contrahitur: vt à τέτυπται, τετύφαται. Sic ἐτετύφατο ab ἐτέτυπτο. Et in præſenti optatiui, vt à τύπτοιτο, pluralis fit τυπτοίατο. Sic a δέδαηται fit pluralis δεδαίαται.

Annotatio.

